



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

47. Hereditoria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

adsuevit, & ratio jure deposcit, ut si cuiuscunque domus igne cremetur, is perferiem scripturarum chartulam relationis, quod dicitur apennis, recipiat. Quamobrem cum quadam die inluster ille Comes ad multorum causas audiendum vel recta iudicia terminandum unam cum pluribus personis resideret, ibique veniens homo aliquis nomine ille suggerit intulit eum quod ante hos dies, casu faciente, casa sua cum omni mobili, vel intro domo compendia, seu & strumenta chartarum ibidem igne cremassent. Et quia ille iudex vel vicini pagenses ipsius ad presens venientes ita dixerunt vel testimoniaverunt quod ad hoc videndum accesserant, sic verò & actum aderat, sic supradictus ille Comes vel reliquis francis personis iuxta praeforum retroque praecedentium chartola relationis, quae dicitur apennis, ei dare decreverunt, ut quicquid ex accessione parentum aut ex contractu habebat, tam per venditiones, donationes, cessiones, iudicia, obnoxiationes, cautiones, commutationes, seu quod per ceteris scripturis ad eum pervenit, dominum vel potestate inceptis perveniatur in suo jure absque refragationis vel modulationis in suo permanent, vicinarum manu propria subter roboravimus & post nostro roborare decrevimus.

*Hereditaria.*

XLVII. Dulcissima filia mea illa, ille. Dum non est incognitum, sed per populum divulgatum & patefactum, quod ego in ancilla mea nomine illa tibi generavi, & postea ante Domino illo Rege jactante denario secundum legem Salicam te ingenuam dimisi, & tu minime in hereditate mea succedere poterbas, propterea ego hanc chartulam hereditariam in te fieri & adfirmare rogavi ut si tibi Dominus iusserit quod mihi in hunc seculum superstitis apparueris, de omnes res meas, tam ex alode parentum meorum quam & ex meum contractum mihi obvenit, in hereditate succedas, tam terris, mansis, domibus, aedificiis, mancipiis, litis, libertis, accollabus, merito accolanarum, vineis, olivis, filvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, in quibuscunque pagis, aut territoris, seu agris vel omnibus locis ubi habere videor, etiam peculium, praesidium utriusque generis & sexus, aurum, argentum, drapalia, mobile & immobile, quicquid dici aut nominari potest, quantumcunque moriens de meum

dereliquero, in omnes res meas in hereditate apud germanos tuos filios meos succedas, & aequalentia inter vos exinde dividere vel exaequare faciatis, & quod ad parte tua exinde recipis, quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliqui de heredibus meis vel quilibet opposita persona, qui contra hanc chartulam hereditariam istam, quam ego plenissima voluntate mea fieri & adfirmare rogavi, venire conaverit, tibi unam cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & praesens hereditaria omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixta. Actum illo.

*Redemptionale.*

XLVIII. Dilectissimo mihi bene merito illo, ille. Omnibus non habetur incognitum, sed patefactum, quod tu quotidie in bonis partibus fideliter mihi deservire non cessas, & pro respectu servitij tui, & pro fidelitate tua, quam circa partibus meis impendere non desistis, mihi praeparavit plenissima & integra voluntas, propter nomen Domini, ut de servitio meo temetipsum vel omne peculiare tuum redimere deberes, quod ita & fecisti, & dedisti mihi pro hoc quod mihi bene complacuit, tam in argento quam in amicto, valentes solidos tantos. Propterea hanc chartulam redemptorialem in te fieri & adfirmare rogavi, ut taliter sis ingenuus tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus vel natus, cum omni peculiare tuo, & nec mihi nec ulli heredum meorum nullum impendas servitium nec hominum nec libertaticum nec nullum obsequium nec patronaticum; sed eam pergas partem quam volueris, liberamque & firmissimam in omnibus habeas potestatem, & neque servitio, nec . . . . . onio nec libertatico, nec patrocinium nec nullum obsequium nec ego ipse nec ullus de heredibus meis, nec quilibet opposita persona, tibi exinde nullas calumnias nec fatigationes nec repetitiones agere nec generare nec repetere non debeamus. Quod qui tentaverit, & a me vel heredibus meis defensatum non fuerit, inferamus tibi unam cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & praesens redemptionale omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixta. Actum illo.

*Hereditaria.*

XLIX. Dulcissima atque in omnibus